Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

que facta fuerunt. Tunc vocavit illum dns suus: et ait illi.
Serve nequam: omne debitum dimisi tibi quoniam rogasti
me. Nonne ergo oportuit et te misereri conserui tui sicut et
ego tui miseratus sum. Et iratus dns tradidit eum tortori
donec quod debebat. Sic et
pater meus celestis faciet vobis si non remiseritis vnus
quisque fratri suo de cordibus vestris. Do. xxmj. Ad phy
lipp. Imitatores mei estote sicut filij. lipp. ij.
carissimi. Et obseruate eos qui ita ambulant sicut
habetis formam nostram. Multi enim ambulant quos sepe
dicebam vobis. nunc autem et flens dico inimicos cru
cis xpi. quorum finis interitus. quorum deus venter est. et gla
ria in confusione ipsorum qui terrena sapiunt. nostra autem conuer
satio in celis est. Vnde etiam saluatorem expectamus dnm
nrm ihsum xpm. qui reformabit corpus humilitatis nre
configurari corpori claritatis sue secundum operationem qua pos
sit etiam subicere sibi omnia. ihesu xpe dns nr. Sm mathm
Illo t. Abeuntes pharisei consilium inierunt. ut
illum caperent in sermone. Et mittunt ei discipulos suos
cum herodianis dicentes. Magister scimus quia verax
es. et viam dei in veritate doces. Non est tibi cura de aliquo.
Non enim respicis personam hominum. Dic ergo nobis quid
tibi videtur. licet censum dare cesari an non. Cognita
ihesu nequicia eorum ait. Quid me tentatis hypocrite.
Ostendite mihi numismata census. At illi obtulerunt
ei denarium. Et ait illis ihesu. Cuius est imago hec et sup
scriptio. Dicunt ei. Cesaris. Tunc ait illis. Reddite
ergo que sunt cesaris cesari. et que sunt dei deo.
Domnica xxmj. Ad colossenses.

+ non